



20  
propositio ut hinc dicitur  
Et ad eam aliquid sequitur non enim omnis enuntiatio est  
propositio sed solum illa que ponitur in aliqua specie argu-  
mentacionis ad quam sequitur conclusio verbi gratia cum dicitur  
omnis homo est animal omne risibile est homo ergo omne risibile est  
animal. Hinc omnis homo est animal et similiter illa om-  
ne risibile est homo sunt propositiones proponunt enim ut sequitur  
illa omne risibile est animal. Est autem terminus in quem  
resolvitur propositio ut subiectum et predicatum. Cum enim  
dico homo est animal homo est terminus qui dicitur subiectum  
Animal est terminus qui dicitur predicatum. Sciendum quod licet  
propositio ex terminis proponatur et in eos resolvatur non tamen  
in diffinitione ponitur propositio propositionis sed resolutio  
et huius causa est ista logica ut boetius in sua topica  
dicit in premissis duas habet partes scilicet inventivas et  
indicativas. Est autem inventiva que cognoscit rerum verarum aut  
verisimilium que aliter premissis contradictionis reddunt pro-  
babilem. Probabile autem est quod videtur omnibus aut pluri-  
bus maxime notis hinc autem premissis logice deservunt duo li-  
ber scilicet topicorum et elencorum. Indiciu autem ut hic sumitur  
est recta determinatio rationis in his quorum est indicatiu. Re-  
cte autem determinat quando principiata resolvitur in principia.  
Et ideo sciencia que est recta determinatio scibilium est per  
causas scilicet cum ratio resolvit causata in causas. Et propter  
hec pars logice scilicet indicativa dicitur analetica siue  
resolutiva siue resolutoria quia resolvit principia. Hinc  
autem parti logice deservunt duo libri scilicet priorum et posteriorum.  
Et quia de materia libri priorum hic intendimus ideo  
hic diffinitur terminus resolutionis propositionis. Est autem subie-  
ctum de quo aliquid dicitur predicatum vero quod de altero  
dicitur siue sit dicere mentis vel rationis vel vocis siue oris

Dicitur  
Dicitur  
Dicitur